

七旬主日

紫色 二等

聖教提供我們對復活節一個遠預備，至這個復活便是我們戰勝罪惡的慶期。聖教會又把榮耀的勝利者聖老楞佐殉道、供我們當作主保。這樣、凡一切勇敢為基督奮鬥而依賴祂聖寵的人，祂必賜以勝利。彌撒：聖教會對於基督，好比一塊被祂慘淡經營所種植的葡萄園。基督要求我們偕祂在這個葡萄園中營作，同時，凡接受祂僱請的人，都將獲得祂永生的報酬。只要我們應付祂的召喚，總不嫌過遲與太晚的：因為祂用無限的慷慨來對待自新的罪人。凡在葡萄園中操作的人，應該一、盡量獻身為天主服務；一個純粹外在的實行而無內心的虔敬，是不能中悅天主的，並將遭永遠的懲罰。二、對聖寵的能力應具有全心的信任。我們都是懦弱的罪人，但是凡以全力戰鬥而用信心祈禱的，基督必給集力量與勝利。

詠 18 : 5 – 7 , 2 , 3

Circumdederunt me gemitus mortis, dolores inférni circumdederunt me: et in tribulatione mea invocavi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. Glória Patri.

Preces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui iuste pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum.

格前 9 : 24 – 27 ; 10 : 1 – 5

Fratres: Nescitis, quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: et illi quidem, ut

進臺詠

死亡的狂濤環圍著我，陰府的繩韁纏繞著我，我在急難當中呼求了上主，向我的天主求助；祂由殿中聽我禱告，我的聲音進入祂的耳鼓。上主，我的力量！我愛慕祢。上主，祢是我的磐石、我的保障，我的避難所。光榮歸於父……。

集禱經

主，求祢惠然垂允祢子民的祈禱；我們遭受苦患，實在罪有應得，但望祢為著祢聖名的光榮、慈然拯救我們。因我們主……。

書信

弟兄們：你們豈不知道在運動場上賽跑的，固然都跑，但只有一個得獎賞嗎？你們也應該這樣跑好能得到獎賞。凡比武競賽的，在一切事上都有節制；他們只是

corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo: ne forte, cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Mōyse baptizati sunt in nube et in mari: et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus: sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.

詠 9 : 10 – 11 , 19 – 20

Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui novērunt te: quoniam non derelinquis quærentes te, Dōmine. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in ætēnum: exsurgē, Dōmine, non prævāleat homo.

詠 129 : 1 – 4

De profundis clamavi ad te. Dōmine: Dōmine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in orationem servi tui. Si iniquitates observaveris, Dōmine: Dōmine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Dōmine.

瑪 20 : 1 – 16

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum homini

為得到可朽壞的花冠，而我們卻是為得到不朽壞的花冠。所以我總是這樣跑，不是如同無定向的我這樣打拳，不是如同打空氣的我痛擊我身，使它為奴，免得我給別人報捷，自己反而落選。弟兄們，我願意提醒你們，我們的祖先都曾在雲柱下，都從海中走過，都曾在雲中和海中受了洗而歸於梅瑟，都吃過同樣的神糧，都飲過同樣的神飲；原來他們所飲的，是來自伴隨他們的神磐石那磐石就是基督。可是，他們中多數不是天主所喜悅的，因而倒斃在曠野裡了。

臺階詠

上主將是受迫害者的碉堡。凡認識祢名號的人，必仰望祢，上主尋覓祢的人，祢必不擯棄。困苦的人絕不會被遺忘，窮人的依靠永不會喪亡。上主，起來，莫讓世人獲勝。

連唱詠

上主，我由深淵向祢呼號，我主求祢俯聽我的呼號，求祢側耳俯聽我的哀禱！上主，祢若細察我的罪辜，我主，有誰還能站立得住？可是，祢以寬恕為懷，令人對祢起敬起愛。

福音

那時候，耶穌給祂的門徒們設了這一個譬喻說：「天國好像一個家主，清晨出去為自己的葡萄園

patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in véneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denário diúrno, misit eos in véneam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes in foro otíósos, et dixit illis: Ite et vos in véneam meam, et quod iustum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et nonam horam: et fecit simíliter. Circa undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otíósi? Dicunt ei: Quia nemo nos condúxit. Dicit illis: Ite et vos in véneam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dóminus véneæ procuratóri suo: Voca operários, et redde illis mercédem, incípiens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt singulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitrátí sunt, quod plus essent acceptúri: accepérunt autem et ipsi singulos denários. Et accipiéntes m u r m u r á b a n t a d v é r s u s patremfamílias, dicéntes: Hi novíssimi una hora fecérunt et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi et æstus. At ille respóndens uni eórum, dixit: Amíce, non facio tibi iniúriam: nonne ex denário convenísti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novíssimi primi, et primi novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.

僱工人。他與工人議定一天一個『德納』，就派他們到葡萄園裡去了。約在第三時辰，又出去，看見另有些人在街市上閒立著，就對他們說：『你們也到我的葡萄園裡去罷！凡照公義該給的，我必給你們。他們就去了。』約在第六和第九時辰，他又出去，也照樣作了。約在十一時辰，他又出去，看見還有些人站在那裡就對他們說：『為什麼你們站在這裡整天閒著？』他們對他說：『因為沒有人僱我們。』他給他們說：『你們也到我的葡萄園裡去罷！』到了晚上，葡萄園的主人對他的管事人說：『你叫工人來，分給他們工資，由最後的開始，直到最先的。』那些約在第十一時辰來的人，每人領了一個『德納』。那些最先僱的前來，心想自己必會多領；但他們也只領了一個『德納』。他們一領了就抱怨家主，說：『這些最後僱的人，不過工作了一個時辰，而你竟把他們與我們這整天受苦受熱的同等看待。』他答覆其中的一個說：『朋友！我並沒有虧負你，你不是和我議定了一個『德納』嗎？』」

詠 92 : 2

Bonum est confitēri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúque suscēptis: et cœlestibus nos munda mystériis, et clemēter exáudi. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutāre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelāte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. **U t i n c o n f e s s i ó n e v e r æ** sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitás, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamāre cotidie, una voce dicéntes:

詠 31 : 17 – 18

Illúmina fáciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericórdia: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

奉獻詠

至高者！最幸福的事情，是讚美上主，歌頌主名。

密禱經

主，請祢收納我們的獻禮和祈禱並求祢以此天上的奧蹟洗淨我們及惠允我們的所求。因我們主…。

聖三頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主我們時時處處頌謝祢，實在是正義而必須的，屬於我們天職，也為我們的得救。祢與祢的獨生子及聖神，只是一個天主，一個主不是單獨的一位，而是三位的一體。因為我們依照祢的啟示相信祢的榮福，我們無區別地也同樣確認祢的聖子，也同樣確認聖神共享這個光榮。為此，我們明認聖三真實而永生的天主性：論位我們敬拜聖三的各一；論體，我們敬拜聖三的無二；論尊榮，我們敬拜聖三的均等。這聖三的尊榮，是眾天使和總領天使們，普知天使和熾愛天神們所虔誠歌頌的；他們日復一日，永不休止地同聲高呼唱：

領主詠

求以祢的慈容，光照祢僕，求以祢的仁慈把我救出。上主，因為我呼號了祢，求祢莫讓我蒙羞。

領聖體後經

Fidèles tui, Deus, per tua dona
firméntur: ut eadem et percipiéndò
requírant, et quæréndo sine fine
percípiant. Per Dóminum nostrum.

主，求祢以祢的恩賜、強化祢的
信眾；望他們分得祢的聖恩，迫
切地索求，並著住求恩，能獲享
於永遠。因我們主……。